

87/265

FZ7

dit facsimile van G. van Gennep vindt men
in het handelstractaat der Unie van Utrecht
gedrukt by Troschede en waren 1776.

Uitst. Zeldzaam

de Hins Bibl. der Ned. Geschiedsch. I 566, 427 (nro 23)

Koning. Catalogus II bl 229 n° 716

Obeerman Catalogus III bl 66 n° 600, alwaar het
verkocht is voor f 6,-

Delft. (Beschrijving der stad) Delft 1729. bl 712

Boxhorn Formel van Hollandt p. 161

van Alkemade In zijn voorberigt voor Melis Stoke. bl 8

le Long. Catalogus bl. 29 n° 264

Bulletin du Bibliophile Belge XIV App. p. 106 n° 13

De Monosticha de ordine et tempore imperii singularium
principium, welke op bladzijde 7 voor komen, zijn herdrukt
in de Historia Belgica en 1583 te Frankfort by J.
Feyerabend. en komen aldaar voor op bl. 365 pag.

Verkocht.

In 1823, by te Water voor f 4,70 (p. 256 n° 539)

1824 — Obeerman — 6,- (t. III p. 66. n° 600)

PRINCIPES

HOLLANDIAE

ET ZELANDIAE,

DOMINI FRISIÆ:

Auctore Michaële Vosmero.

ghelſt.

CVM genuinis ipsorum iconibus, à Theodorico Aquitania ad Iacobam Bauarie,
duerorum quondam pictorum opera, ad vinum sedulò depictis: Nunc autem pri-
mum ex vetustissimis parietibus, in Carmelo obſeſſe urbis Harlemi, per praefidarios
direpto, industria Guilielmi Thybauti repertis, ac ſincerè vna cum reliquorum
Principum figuris, ad instar probatissimorum exemplarium delineatis.

Phillippus Galle excud.

Cum priuilegio Regis.

1578.



ANTVERPIAE


Excudebat Christophorus Plantinus

Philippo Gallæo.

M. D. LXXVIII.

R E N A T I D V N I I
E P I G R A M M A.

Quo Batavii primū Comites sint orbe profecti,
Ora, togas, thalamos, tempora, gesta, rogos;
Hac breuis haud obscura tamen, spectanda tabella
Exhibit: haud Batavae scilicet auris opus.
Patria multa tibi debet mi docte Michaël,
Quod longo prisca ordine discep heros.





CLARISSIMO VIRÓ
D. ARNOLDO ZASBOVT,
DOMINO IN SPALANDT, ARCANI CONSILII
INVICTISS. D. PHILIPPI IL CATHOLICI
HISPAÑIARVM REGIS PRÆSIDI VIGILANTISS.
I. MICHAEL VOSMERVS S.

Maxime secreti Præses ZASBOVTE Senatus,
Quem clarum stirps nostra tulit, decus altius effert,
Si qua salutiferis Venus est ARNOLDE Camenis,
Accipe, sed placidus: labor hic te Præside fretus
Forsan abortuum Musarum, forsan alumnū
Spectandum dubio prodet, statuetue theatro.
Mœnia qui priscis dicta ANTONINA frequentans,
Hic uti surrepta soletur funera matris,
Infaustum patria meditando pressit amorem.
Dum (genus inuisum) miles, dum ciucus ensis,
Nec patriam Cognate fidem nec iura verentur.
Scilicet imperij melioris surget origo.
Et decimi census & ferrea scita peribunt.
Fluxa fides hominum, nullo contenta magistro.
Si quis erit, quem fallit adhuc, que patria tellus
Plus septingentis confessa probauit ab annis,
Incertum decurrit iter, quia tramitis expers.
Cacutit, migraque mori sub nocte laborat.
Audiet has saltem meliori sidere natus.
CAROLVS has terras, hac conscientia flumina **C**ALVVS
HOLLANDI, **B**ATAVIQ. soli largitus & cumi
minor, ob egregia facinora artisque bellicæ peritiam, Comitatu Hollandiæ donatus à Carolo Calvo imperatore, anno
humanæ salutis sexagesimo tertio supra octingentesimum, à quo tempore ad inaugurationem Catholici Regis Philippi
anno 1549. supputantur anni sexcenti, sex & octoginta.

Ultraiectum
intelligit, ad
veteris Rhei-
ni alveum,
quoddam
Antonina
dictum.

Periphrasis
temporis.

Didericus
Aquitaniæ,
Sigiberti
ducis Aqui-
taniam filius


DIDERICO, ut COMITI seruirent, tradidit olim.
*Asscripsit VALACHROS frater LUDOVICVS, ab illo
 Hares heredi patrio successit honore.*
 Non ego finitima referam confinia terræ,
*Aut HELII dites portus, gemina ostia FLEVI,
 Seu varios casus BATTI, quibus actus in oras
 Flauentis RHENI glacialis limite MOSÆ
 Delegit requiem sociis, BATAVAMQ. vocavit
 Nomine de proprio gentem, ritumque locumque.
 Seditio postquam patriis de sedibus ansam
 Fecerat erroris populo, quibus aquoreum sal
 Quærere CATTIACIS fuit ultima cura sub undis.
 Tentavi quandoque eadem verbisque solutis
 Narravi BATAVOS COMITES, sed nescius illos
 Tanto vate cani: BARLANDI pagina postquam
 Est manibus versata meis, damnata cadebant
 In cineres mea scripta mihi, pœnâque luebam
 Ipse meas, donec reuocatis fonte Camœnis,
 Omnia qua filo cantaram gesta soluto
 In metrum spreta cogebam nuper ab arte.
 Scilicet ut vitas, ortus, obit usque notarem,
 Temporâque, aut vita spatium, tedâque, rogôque.
Quilibet ut plana valeat ratione tueri
 REGIS opes, Comitemq; suum, Dominumq; PHILIPPVM:
 Cuus ab auspiciis sancta, te Præside, leges
 Aurea qua spondent renouatis secula terris,
 Incipiunt ista paulatim currere meta:
 Interea, generisque iubar, columenque Batavum,
 Sospes aue, longumque vale: iuuet ista tueri.*


Argumen-tum.

Scopus.

AD











A D . L E C T O R E M .

QVanta hominum variis sedet inconstantia rebus
Assiduis tot regna docent successibus aucta,
Auspiciis tentata bonis, vi, legibus, atque
Consilio stabilita, opibus florentia, demum
In nihilum conuersa. Vetus memorabile nomen
Assyriæ Babylonis erat, licet indole multa
Quæsitum, longè maiore minantibus astris
Desidia euersum. Medorum sceptra tyrannus
Flexit Achæmenius: Persas Pellæa iuuentus:
Et Pandionias fudit Lacedæmon Athenas.
Claraque cum populis ceciderunt mœnia Thebes,
Æmula Romanis Carthagō redemerat urbem
Roma suam pretio, Stilico quam prodidit, inde
Nunc captiua Getis, nunc foedo concidit igne.
Vsqueadè nihil in terris quod nesciat æui
Ferre vicem. Quondam Phœnicum Cadmus ab oris
Exul, Bœotum posuit sua mœnia terris:
Massiliam Delphi: Byrsam Sidonia Didō:
Antenor patria profugus, sub collibus urbem
Euganeis statuit Pataui: Dux Troius Albam.
Battauiam Battus, Cattorum finibus actus,
Et Batauodurum turritam condidit urbem.
Hæ Batauæ fauces terræ, & primordia gentis,
Qui propter gelidi sinuosa volumina Rheni
Innumeræ struxere casas, castella, domosque,
Oppida cum vicis, celsis cum mœnibus arces,
Quorum reliquias, ruderūmque videmus aceruos,
Præcipue infandam Cattorum nominis urbem,
Non procul Oceano, Ledæ nec longius vrbe.
Nondum Leda fuit, Ledæ magalia tantum.
Hic populus patrias, suetisque redibat ad artes,

Eque salo mira arte salem condebat in usus.
Libera gens dudum : Romanis sponte fauebat,
Namque fidem faciunt Romana palatia passim,
Atque Pharos Caij Caligæ super ostia Rheni:
Innumeræque arces sociæ , nullisque tributis
Cattigena attritus, Romanis sponte fauebat,
Sponte rebellabat, dum libertate periret
Aurea libertas , variis quæ prodita bellis,
Indomitosque Dacas, aut Norica damna timebat:
Omnibus exemplo mortalibus: infima quæque
Aspirant sublime decus, cum celsa residunt.
Donec Liligerum genus alto à sanguine Regum,
Patre Sigisberto, Theodoricus integra terræ,
Induperatoris generoso munere Calui,
Iura capit, roseumque gerens insigne leonem
Aurato in clypeo, transcribit lilia Francis
Regibus, & solitum Batauis inducit honorem.
Nempe toga, belloque potens, in utrumque paratus,
Perpetuum natis regnum, soboliique reliquit.
Sic placitum Superis, sic magnus Rector Olympi
Annuit, & stabilem ventura in tempora sedem
Attribuit Regi, patrimonii in secula fortis.

MONO-





MONOSTICHAE DE ORDINE
ET TEMPORE IMPERII SIN-
GVORVM PRINCIPVM.

1. Theodoricus Aquitanæ.	Per quatuor decades Primus dat iura Batauis.	40
2. Theodoricus secundus.	Hic septendecimum finit moderamine lustrum.	85
3. Arnoldus Hollandæ.	Quinta sed Arnaldum Phrisii male prodidit æstas.	5
4. Theodoricus tertius.	Ter tredecim, septemque hiemes Theodoricus exit.	46
5. Theodoricus quartus.	Æstas nona diem supremum infecit ab arcu.	9
6. Florentius primus.	Hebdomadas Florus geminas amisit in umbra.	14
7. Gertrudis, vidua Florentij.	Vnum Gertrudis sedit viduata Decembrem.	1
8. Robertus Phriso.	Octauo retinet sub Consule frena Robertus.	8
9. Gothiphrædus Lotharingæ.	Temporis & medium vi Gothiphrædus obibat.	4
10. Theodoricus quintus.	Hebdomadem decadi quintus Theodoricus addit:	17
11. Florentius Obesus.	Ac ter septenis decadem Florentius annis:	31
12. Theodoricus sextus.	Octo lustra regit Sextus, superosque relinquit.	40
13. Florentius tertius.	Terque nouem messes & Florus tertius implet.	27
14. Theodoricus septimus.	Tertia post decimam te Septime finiit æstas.	13
15. Ada, Theod. septimi filia.	Ada semel tantum bifrontem vidit Ianum.	1
16. Guilielmus primus.	Prime nouemdecies Guilielme potiris habenis.	19
17. Florentius quartus.	Zelotypus Florum bis sexto sustulit anno.	12
18. Guilielmus 11. Rom. Rex.	Cæsar olympiacas quatuor, sed cæsus, habebat.	20
19. Florentius quintus.	Lustrâq. post septem fossus sex Quinte Nouembres.	41
20. Ioannes Hollandæ.	Per quatuor messes Batauus regnabat Ianus.	4
21. Ioannes Hannonæ.	Alter olympiadem claudit non degener Hanno.	5
22. Guilielmus Bonus.	Trigintâque duos fasces Bonus inde gerebat.	32
23. Guilielmus quartus.	Nona necem Quarto in Phrisia prædictis hirundo.	9
24. Margarita Ludouici vxor.	Margarita tibi gliscit noua facio listro.	5
25. Guilielmus quintus.	Autumnis septem sedit, rapiturque phrenesi.	7
26. Adelbertus Bauariæ.	Alberto post lustra nouem non defuit annus.	46
27. Guilielmus sextus.	Tertia post decimam Guilielmum sustulit æstas.	13
28. Ioannes Bauariæ.	Sexta Leodinum nec pasta ciconia tollit.	6
29. Iacoba Bauariæ.	Femina per decadem terris iactatur, & alto.	10
30. Philippus Burgund. Bonus.	Post decades ternas quatuor Bonus addit aristas.	34
31. Carolus Audax.	Carolus hebdomadem trieteride finit in armis.	10
32. Maria Charlesia.	Præcipitatur equo quinta Charlesia messæ.	5
33. Maximilianus Austrius.	Maximus hebdomadem quinis coniungit aristis.	12
34. Philippus Austrius.	Tantundem proles festina morte Philippus.	12
35. D. Carolus Augustus.	Carolus autumnis tredecim sex lustra coëgit.	43
36. D. Philippus Catholicus.	Seriùs, aut nunquam terris discede Philippe.	

Theodoricus Aquitaniæ.

Comitatus
Hollandiæ
à Carolo
Calvo Imperatore.

Comitatus
insula Zelā-
diæ (quam
Valachriam
nominam')
à Ludouico
Caroli Cal-
ui fratre.

Præfuit Hol-
landiæ annis
40. Vxor
Theod. Ge-
na, seu Gun-
na, filia Pu-
pini mino-
ris, Regis
Italiæ.
Fūdatio mo-
nasterij Eg-
mundensis.

Theodor. se-
pultus Eg-
mundiæ.

Theodoric.
oriundus à
Trojanis.

Prima BATAVORVM, & VALACHRÆ dotalia gentis.

Sceptra COMES gesi, CALVVS ut illa dedit.

CAROLVS HOLLANDÆ, FRISIÆQ. insignia terræ,

ZELANDÆ asscripsit mox LUDOVICVS opes.

Seditione tamen solio turbatus, amica


INDUPERATORIS restituebar ope.


NORICVS & DANVS veriti mea sceptra per annos.

Quadragesita: vxor regia GENA fuit.

Hinc ubi vestales EGUNDI in valle sacraram,

Condor humo, TROIÆ dinumerandus anis.







I

Theodoricus Aquitanus

B

Theodoricus, *sen* Didericus secundus.

*Ille ego, qui BATAVVM solij successor, & hæres,
Bis FRISIÆ vici per fera bella duces.*

*Aequarant illi chari monumenta parentis,
Virginib[us]que sacris templa dicata, solo.*

*Templa, pater fragili ligno quæ fecerat antè,
Saxea restituo, dans habitanda viris.*

De FRANCISCIADIS legitur mihi virgo puellis


HYLA, ferens clarum Regibus orta genus.


*Vix septendecimum iusto moderamine lustrum
Exploram, patris cùm tegor ad tumulum.*

Monasteriū
Egmondēse
restauratum,
virisq. insti-
tuti D. Bene-
dicti traditū.

Hyla Theo-
dorici vxor,
filia Ludouic-
i regis Frá-
ciae.
Theodoricus
sepultus Eg-
mundæ.

Menda est in Barlando, vbi habetur, hunc Theodoricum obiisse anno suæ gubernationis octoagesimo octauo, cùm annales, quos sequimur, afferant, desissse viuere anno humanæ salutis 988. patéisque obierit anno 903. Ex quibus non plures quam quinque & octoaginta anni colligi possunt.







2 Theodosius Secundus

Arnoldus Primus.

Sic ARNOLDVS eram, quem Dardanus INDVPERATOR

Lutcharis,
Theophanis
Byzantiae
Imperatoris
filia, Arnoldo
nupisit.
Brederoij
à Zyphrido
oriundi.

LVTCHARIDIS natae prætulit esse virum.

DIDERICVM prius, hinc ZYPHRIDVM sustulit uxor,

Vnde genus iactet gens BREDERODA suum.

Nil facit ad titulum minor hic, prior ille triumphet:

Vsurpare dolis iuxta aliena, nefas.

Regni fatales hostes, sceptrisq; rebelles

Subieci FRISIOS armipotente manu.

Arnoldus in
Frisia cælus.


Non secus occubui (medio licet agmine casus)


Sedit annis
quinque.

Quam Frisia prima victor olympiade.











3

Arnoldus Hollandie

B 3

Theodoricus Tertius.


*Vltor ut hostiles enerriculauerat agros,
Ad patris inferias qua iuuat ire via.*


Bellum ad-
uerlus Fri-
sios.
Bellum Tra-
iectense.
Peregrinatio
Comitis.

Vithildis
Ottonis Sa-
xonis filia,
Theodorici
vxor.
Sedit annis
quadraginta
& sex.

DIDERICVS FRISIÆ populos conculcat, & urbis
VILTRAECTINÆ Praesulem, & arma capit.

Hinc SOLYMORVM emensus iter, regnoque superstes,
VITHILIDIS repetit, magnus honore, lares.
Quadraginta annis & sex regnauit, habendus
Tertius ad nomen, quartus ad imperium.







4

Theodoricus Tertius

Theodoricus Quartus.

Vixit cælebs
nouem annis
in publica
administra-
tione.
Proditio
Dordraci.

*Ter ternas sedi socia sine coniuge messes,
Quippe nihil vita calibe manus erat.*


GERMANOS, orbis dominos, pepulisse DORETHO,
Est nostrum: cædis quod mihi causa fuit.

Namque cibi per victos incantus erro, sagitta
Saucior, illa neci mixta venena tulit.

Theodori-
cus ex insi-
diis telo in
femore cæctus.

Sepelitur
Egmundæ.
*Nomine cum proavis, patriq; simillimus, atra
Condor humo, cineri consociatus auum.*







Theodoricus Quartus

Florentius Primus.

Gertrudis
 Hemi Saxo-
 nis ducis filia
 Florentio co-
 miti nupsit.
 Episcopus
 Leodiensis
 casus.
 Lambertus
 comes Loua-
 niensis cap-
 tivus.
 Victus Archi-
 episcopus
 Coloniensis
 cū sociis Flo-
 rentiū à vi-
 ctoria fatiga-
 tum, ac iam
 dormiendo se
 refocillatēm
 sub umbra
 arboris, inspe-
 rato reditu
 obtruncat.
 contigitque
 hæc clades in
 vico Hemer-
 tensi, ad con-
 fluentiam
 Moze &
 Valis.
 Imperauit
 annis 14.


*Prolis egens, postquam frater germane cadebas,
 Imperij baredem me facis esse tui.*


*SAXONE nata meum concendit virgo cubile
 GERTRVDIS, FLORO floridā iuncta viro.*

*PRÆSVL, ut eductis E BVRONIBVS arma ciebat,
 Cæditur, & capitur GRVDIVS à BATAVIS.*

*Gentis A GRIPPINÆ, super hoc dum sternophalanges
 Bis victor, victo casus ab hoste cado.*

*Bis septena vagi natura columnina solis
 Jura dabam, BATAVVM sextus ab imperio.*







6

Floretius Primus

Gertrudis Saxoniam.

Prima Comes BATAVVM, primum qua sola per annum

Vidua p̄r̄
fuit anno
140.

Protendi vidua sceptra BATAVA manu:

Sed tenera metuens soboli, regnoque, secundas


In tedas libuit supposuisse fidem:

Qua FRISIVS solij moderetur frena ROBERTVS,


Coniugis, & pueri qua tueatur opes.

Fata tamen properata viro iunxere priori,

Illaque qua cunctos me tegit urna patres.











7

Gertrudis Saxomae

C 3

Robertus cognomento Friso.


HECTOREI socius decoris, quo CÆSARIS armis
Nemo mage ob patriam restitit egregius.

Virtutis pretium thalamos, viduatique REGE
Sceptra ferens, hiemes plus minus octo rego.

IDALIAMQ. CYPRVM, SALAMINAQ. littora victor
Inuasi, reducis sub inga FLANDER ijt.
Coniugium sine labe tori, dulcisque tuebar
Prinignos fugiens: CASSALE condor humo.

Vidua Flo-
rentij nupsit
Roberto.
Sedit annis
octo, tutoris
vices gerens.

Robertus
pulsus Hol-
landia, sepe-
litur Cassale.







Robertus Cognomento Frisius


Gothiphrædus Lotharingiæ,
cognomento Gibbus.


GOTHIPHRÆDVS ego, **V**LTRAIECTI PRÆSVLIS arte,
Qui BATAVVM p̄f̄si colla superba iugo.

Imperij monumenta mei sunt mœnia **DELPHI**,
Et quas vi colui, non procul curbe, domos.

Tanta molis opus confeci quattuor annis,
Nec satis hoc, **F**RISONVM sapius armatuli.
Sed freta, vel terras quid vincere profuit, orbus
Prolis, **T**RAIECTVM cum moribundus eo?

Gothiphrædus conditor
opidi Delphensis, per
tyrannidem
quatuor annis potitus
comitatu Hollandiæ.
Frifones deuicit.
Tumulatur in Traiecto
superiore,
Antuerpiæ
veruto suffossus.







Gothispredus Lotharige Gibbus

D

Theodoricus Quintus.

Bellum ad-
uersus Epi-
scopum VI-
traiecten-
sem.


*Fortuna domitor cùm PRÆSVLIS agmina fudit,
 Et repetit patrios iusta per arma lares:
 Difficile est, inquit, nisi vi, vi parta tueri:
 Euonet iniustas, quas male sorpsit, opes.*

Bellum Fri-
sicum.
Vithilidis,
Frederici
Saxonæ du-
cis filia.
Septendeci-
mo anno
post cædem
Godefridi
obii.

Sepelitur Egmondæ.

Barlandus scribit hunc Comitem præfuisse Hollandiæ annis quinque & viginti; quod verum erit, addito tempore, quo
Robertus priuigni sui, neicum maturi gubernaculis, tutor ascitus, Rempub. summa integritate, continentiaq. regebat.

*Hic FRISIÆ vîctor fatales proterit hostes,
 VITHILIDISQ. viro claudit amica latus.
 Sic tria lustra potens hæres, geminumque per annum,
 Conditur ad patrios DIDERICVS cineres.*







IO

Theodoricus Quintus

D 2

Florentius Secundus, cognomento Pinguis.


Florentius
optimus
Princeps.


Vndecimus Comitum FLORVS, qui dinit e gaza
Vicit annos, miti qui pietate patres.

Cuius & in thalamis generosi sanguinis uxor
PETRONELLA stetit, CÆSARIS una soror.
Virginibus sacris Rheni vel ab arce quietam
Quæ statuit sedem: nomen & arua dedit.


Barlandus
habet sedisse
annis triginta
duobus,
verum nuf-
quam inue-
nio.
Tumulatur
Egmundæ.

Triginta, iunctis bis senis mensibus, annos
Sedit: amor BATAVV M. florida spes VALACHRVM.
Et FRISIÆ populos, damnata pace, rebelles
Presit humo: capit hunc, qua tenet corna patrem.











II. Florentius ^z Cognom. Pinguis.

D 3

Theodoricus Sextus.

*Virgo PALATINO de principe nata, ingalem
DIDERICI lectum sancta subit SOPHIA.*

Frisij bis vno
die superati. *Ille die victor FRISONVM bis terga cecidit,*

Maluerant fratres signa, fidemque sequi.

*V LTRAIECTINIS fixit tentoria fossis,
Sceptra gerens, decies dum quater annus abit.*

*E GMVNDÆQ. solo post fata nouissima pressus,
Plangit IDVMÆAM, coniugis orbus, humum.*

*Quarite quid signent hac spinea serta, SIONIS
Quæ tulit turbe COMES: symbola Regis erant.*

Obsidio VI.
traiecti.
Theodoricus
imperavit
annis qua-
draginta;
quibus ex-
pletis, tumu-
latur Eg-
mundæ.
Sophia Ot-
tonis Palati-
ni Comitis
filia, Theo-
dorici vxor,
obit in Pa-
lestina.







12

Theodoricus Sextus

Florentius Tertius.

Filia Regis
Scotiax nu-
pfit Floren-
tio.

*FLORVS ego hanc duxi SCOTORVM è REGIBVS ADAN,
Fecunda sobole est qua venerata virum.*

*Me COMITEM, ac DOMINVM, cedens vicitribus armis,
Terra potens FRISONVM ferre coacta, tulit.*


Frisij sub-
acti.

*Oppida palmiferam frenavi subter IDV MEN,
Dum SOPHIAE tumulum per loca sancta peto.*

Septē & vi-
ginti annis
prefuit Hol-
landiae.
Mortuus in
Antiochia.

*Térque nouem autumnis BATAVVM qui regna tuebar,
ANTIOCHVM terris condor in ade PETRI.*







13

Florentius Tertius

E

Theodoricus Septimus.

ALEIDIS

Theodorici
Cliviae filia.

Theodori-
cus in Frisia
cum fratre
suo Guiliel-
mo satis a-
trrociter cō-
fixit.

Theodoric⁹
cū exercitu
Brabantiam
ingressus,
Buscumdu-
cis vi cœpit:
postea à Bra-
bantis ca-
ptus.
Tredecim
annis sedit.

Pace bonus, bellisque potens (cui nupsit ALEIDIS)

DIDERICVS, FRISONVM, fratris & arma tulit,
Vicit victores FLANDROS, GELDRVM'Q. ferocem

Exuit imperio, PRÆSVLIS egit equos.


Inde BRABANTORVM victor, Ducis arma, NEMVS'Q.

Cepit: captorum captus & ipse dolis.

Lustra duo coniuncta tribus COMITEM egerat annis,

Vir magnus bello, nunc neque bella timet.







14

Theodorius Sepunus

Ada Theodorici septimi filia.


ADA sequi proauum vestigia forte laborans,
In placida BATAVVM pace tulisset opes:
Sideris infausti nisi tedis coniuge iuncta,
Inuisum cunctis imposuisset onus.
Ergone crudeles superos, thalamumque ingalem
Damnabit moriens, dum celebratur HYMEN?
Quin patrios cineres, praeventam morte puellam,
Credite dispari surripuisse iugo.

Ada nupsit
illustri viro
Comiti
Loffensi.

Sedit anno
vno.









Ada Theodora Septimi Filia

Guilielmus primus Theodorici
septimi frater.

Guilielmus,
Harlemen-
sium opera ,
Heliopolim
(quā vulgō
Damiatam
vocāt) expu-
gnavit, hanc
Pelusium
nunc esse
contendunt.

*En G V I L I E L M V S hic est, serrata puppe per annem
Aere catenatum qui violenter ijt.*

HARLEM V M, duce quo, gladium per signa, crucēmque
Appingit stellis : fecit A LEIDA virum.


Inde CALEDONIIS uxorem ducit ab ANGLIS:
Hac sterili; fæto nupserat illa sinu.

Post placida R H E N I quām conditur arce, per annos
Vnde uiginti sceptra BATAVA tulit.

Alcidis Ot-
tonis Gelriæ
filia, & Ma-
ria Ethmūdi
ducis Lanca-
striae, Gui-
lielmi con-
iuges.

Tumulatus
Rheniburgi
in Holládia,
prope Lei-
dam opidum , post nouendecim annos exactos in publica administratione.







16

Guilielmus Primus

Filia Floren-
tij adeò nu-
merosam
prolē vnico
partu enixa
est, vt nume-
rum cū die-
bus anni æ-
quauerit.

Florentius
sedit annis
duodecim,
sepultus
Rhenibur-
gi.

Claremon-
tēsis Comes
Florentium,
omnis rei
ignarum, ob
zelotypiam
obtruncat.
Machteldis
cœnobij
Loesdunensis
auctor.

Rychardis
Florentij so-
ror cœnobij
Capi Regij
extra portas
opidi Del-
phensis ex-
truxit.

Florentius Quartus.

Me patre nata, suas anni qua fœta diebus

Aequauit soboles, parturiūtque gregem.

Ast fatum crudele mihi ter quattuor annis

Amplius inuidit patris abesse rogo.

Quémque ferox M A V O R S toties hostilibus armis

Eripuit, turpis Zelotypia necat.

Vxor M A C H T E L D I S, socio viduata cubili,

Vestalem procul hand condit ab arce domum.

Cœnobiumque soror, Campi Regalis in horto,

R Y C H A R D I S D E L P H I mænibus obijciet.



◎



17

Florantius Quartus

F

Guilielmus Secundus, Romanorum Rex.

^a Nascitur
in opido Leidenſi Gui-
lielmus Rex
Romanorū.

^b Duxit Eli-
sabethā du-
cis Brunſui-
cēsis filiam.

^c Margari-
ta Nigra ſu-
perata.

^d Guiliel-
mus conſti-
tuit conſ-
liū in Haga
Comitis, ad
quod Hol-
landi, Zelā-
diue ſuas
cauſas deſer-
rent.

^e Instaura-
tio Carmeli
Harlemēſis,

vbi nunc genuinæ Principum Batavorum icones à Guilielmo Tybauto repertræ.

^f Præfuit Hollandiæ & Zelandiæ viginti annis: Latio ſeptem.

^g Guilielmus, Cæſar factus, in Frisia ceditur, nouem & viginti annis in publica administratione completis (ut ait Barla-
dus) quod probari nequit, cum quadriennio ferè ante eam etatem interierit. Sex tantum annos natus, cum trucidaretur
pater: ſex & viginti, cum ipſe occidit, Menda igitur eſt in Barlando, vbi Typographus nouem & viginti, pro, nondum
viginti, poſuit.

^a LEIDIS orte, COMES BATAVVM, ROMANA gubernas
Sceptra potens, ^b coniunx dum parit ELISABETH.


^c Margarita tuis animum ſubmiferat armis:
^d Structa paludatis curia ſtabat Hagis.

^e Te dominante Dea Carmeli conditur aedes
Harlemi, Heroum quæ feret effigies.

^f HOLLANDÆ telluris opes quo in pace tueris,
Bis denus; LATIÆ ſeptimus annus erat.

^g Hinc feræ bella vocant: FRISIAE tu victor in agris
Casus, ab infleto corpore C AESAR abis.







18

Guilielmus Romanorū Rex

Florentius Quintus.

a Frisij bello
periti.

b Florentius
Comes, se-
nis cuiusdā
indicio, in-
uentum pa-
tris corpus
Middelbur-
gum in Ze-
landiam de-
portari cu-
rat, vbi & se-
pelit magni-
ficentissimè
in Præmon-
stratenium
fratrum cœ-
nobio.

c Beatrix
Guidonis
Dampeiri
Comitis
Flädræ filia
datur Floré-
tio, hisque
nuptiis pax
contracta.

d Florentius venationi admodum deditus, intérque venandum plus viginti vulneribus confossus.
e Primo & quadragesimo gubernationis anno trucidatus, sepelitur Rheniburgi.
f Mirum quod de canibus venaticis hîc tradunt annales, qui, dum caperetur herus, testes aderant, caprum comitabantur
in arcem Mudam. Auctum inde, atque in fuga à proditoribus, seu coniuratis trucidatum, mæsti custodiebant. Demum
amicis corpus vngentibus, vt Alcmariam deferent, in eandem nauem conscedebarunt, ab omni cibo & potu mordicus alieni,
funus in templum clarum proni venerabantur, ibique assiduo desiderio sui domini (donec vi abstrahentur) ægrè vitam
sustinebant.

Vlturus patrios manes, gentisque tumultus,

Submittit F R I S O N V M castra, virōsque iugo.

Hic patris inuentum (senis arte, operaque) cadauer
METELLOBVRGVM mittis ad exequias.

Quid FLANDROS arcere paras? en FLORE ingalem

Arma BEATRICEM, non tibi bella ferunt.

Hæres SCOTORVM regni diadema sub hastas:

Venatum veheris, præda sed ipsus eras.

Te V E L S E N V S enim bis demo vulnere (factum

Ob fucum uxori) percutit, & perimit.

f Te fidi fleuere canes: HYPERIONA circli

Quadraginta conum, cum tumularis, agunt.











19

Florentius Quintus

F 3

Ioannes Hollandiæ.

IANE, CALEDONIIS uxor deducta BRITANNIS,

ELISABETH, nullo pignore mater erit.

Consilij procerem, DELPHI pertasa iuuentus,

Audebit celsa precipitare domo.

Tu patrios cineres, RHENI super arce reposos,

Ingrediens, quarta messe subibis humum.

Ante licet bellis, per multa pericula magnus,


Et FRISONVM spoliis victor onustus eris.

Primus, cui nullus regno subscribitur heres,

Auratique equitis nomine solus eges.

Elisabeth
Eduvardi
regis Anglie
filia.
Volpherus,
Dominus
Veranus, per
fenestram è
curia elect⁹,
à seditiona
plebe discer-
pitur.
Sepultus
Rheniburgi
quarto im-
perij anno.
Ioannes bis
rebellantes
Frisones ma-
gnis affecit
cladibus.







20

Joannes Hollandus

Ioanne primo absque successore defuncto, Comitatus Hollandiæ, & Zelandiæ ad Ioannem Hannoniæ (ex sorore Guilielmi secundi Romanorū Regis procreato) devoluitur: qui se pelitur Valentenæ, quinto suæ dominionis anno.

Philippa Comitis Lutzenburgensis. Tres Comitis filij obsecræ Sirizæ puppetias ferrunt.

Ioannes Hannoniæ.

*Lustrum IANE COMES BATAVO dum condis, in urbe
VALENCAENARVM conderis orbis humo.*

*Pulchra PHILIPPA viro tres (bellifulmina) proles
Sustulit, hostiles quas timuere manus.*

*His ducibus fretus contemnis CÆSARIS arma,
Atque BRABANTORVM colla proterua domas.*


*Hique SIRIZÆAM tribus obsidionibus urbem
Soluerunt: facti dux GUILIELMVS erat.*

*Elatos animis FLANDROS, regione BATAVA
Palantes, tota cum legione necas.*

Guido Dampetrus cum sociis Sirizæam obsederat, incredibili classe instrutus, verum tanta strage soluta obsidio est, ut victi, inermes penitus, ac nudi, ægrè domum cum ignominia peruererint, qui à tanta clade (fatigatis magis, & defessis trucidantur vixib; quæ alio casu commotis, aut elusis) reliqui erant.

Flandrorum tota Hollandia cædes.







21

Ioannes Hannonia

G

Guilielmus tertius Hannoniæ,
cognomento Bonus.

Guilielmus
Valencenis
tumulatur,
post trigesi-
num secun-
dum gubern-
nationis an-
num.
Ioanna Ca-
roli Valesij.


*Post quater octonos PHOEBI GVILIELME labores
In patrij cineris concipere loco.*

*IANNA VALES A tibi claro de stemmate nubit,
Redderis Heroum qua genitrice pater.*

*Mille equites, centumque duces, comitumque senatum,
Octo triumphales cogis inire dies.*

Guilielmus
cum rege
Franciæ ad-
uersus Fland-
ros & Bel-
locassios di-
micans, dum
pernici equo
hostium ca-
stra perrum-
pit, deturbatur, sed filij sui virtute & fortitudine restitutus, victoria potitur.
*Agmina PLEV MOSIV M, vel equo renolutus agebas,
Scandis item ac superas agmina PLEV MOSIV M.
Sumis & iniusto iustas de indice poenas,
Supposuit sterilem qui meliore bouem.*

In Prætorem Meridionalis Hollandiæ animaduersio, seu Balium, qui vaccam abduxerat alienam.







22. Guil. Wilhelme 3^o Hanonie Cogn Bon^e

Guilielmus quartus Hannoniæ.

Expeditio in Saracenos. Signa per extremos NVMIDARVM ducere fines

Qui potui victor, sum GVLIELMVS ego.

Ioanna, Ioannis terij Brabantie ducis filia. IANNA, BRABANTORVM IANI ducis inclita proles,
Heu sterili mecum stat sociata toro.


V LTRAIECTINAM victricia signa per turbem,
Et BATAVVM statui clara trophya manu.


Annua adhuc celebrant amburbia MAGDALA ciues,
Supplicibus pax est, quo BATAVA icta die.


Tertius inde COMES, FRISIIS occisus in armis,
BOLSWARDI nona messe subintro solum.

Guilielmus in Frisia perit, nono publicæ administrationis anno, sepultus primùm in cœnobio Floricampi, prope Bolsward, vulgo Dudentclooster, postea translatus Valencenas. Huius caput post cædem absctum, eò quod hostium ducem propria manu interemissit.











23


Guilielmus⁴ Hanania

Margarita Ludouici Cæsaris vxor,
Guilielmi III. soror.

Guilielmo
quarto absq.
liberis defun
cto , princi
patus Holl
landiæ &
Zelandiæ
Margaritæ
sorori suæ
cedit, quæ
cùm Ludo
uico Cæsari
nupta erat,
Comitatum
ad stirpem
Bauarorum
deferebat.
Desit præ
esse Hollandiæ
quinto
anno.
Sepulta Va
lencænis.

*Te rectrice, nefas magnum, REGINA, BATAVVM
Inuadit terras, dum LUDOVICVS obit:
Cum gnato quid bella geris, titulosque reposcis?
HOLLANDÆ, & VALACHRÆ nomina vendideras.
Conscia ciuilis pugna, dotalia regna,
Quásque foris poteras vincere, perdis opes.
Sed breue ius sceptri, vidit quod olympias una:
HOEXIA pars varia distrahet inde vice.*

Margarita clauum tenente, Hollandia intestinis seditionibus agitari cœpit, vnde paulò post in exitiales factiones scinditur diuiditurque. Harum altera quæ ab Hamo (Vernacula lingua Hoerx dicto) denominationem sumebat, Imperatricis suæ partes sequebatur. Altera, accito duce Bauatia Guilielmo, huius Margaritæ filio, Comite de Oostervan, vicos multos, castella, domos, possessiones, ac prædia innumera contrariarum partium igne absumebat. Postea arces Polanen, & Binchorstii, cō quod earum domini Hoexiis patrocinabantur, euertebat. Metaphora nominum hinc sumpta videtur, quod sicuti pisces Asellus pisces ceteros deglutiat, nihilo minus etiam hamo capiatur: sic à parte altera, alterius exitium imminere, reciproca corruptione contendebant. Pars enim aduersa ab Asello pisce (vulgari idiomate atque Hollandica voce Cabelaeus significante) nomen scribebat.





24 Margarita Imperatrix


Guilielmus Bauariæ Quintus.


Cæsare prognatus, genitricem Marte cruento
 Excipit: en matri quām genuisse nocet!
 Connubio felice tamen GVLIELMVS amata
 M A C H T E L I D I S potitur, dum ratione vīget.
 Filius huic fato nullus, rapiturque phrenesi:
 Dux CABELAVSIACÆ seditionis erat.
 Autumnis septem rexit, dein carcere vinctus,
 Vnde uigeno vere ligatus obit.
 Qui prius hostiles TRAIECTI inuaserat agros,
 Nunc VALENCAENIS matris init tumulum.

Machtelidis
 Henrici du-
 cis Lancastri
 filia, Gui-
 lielmi vxor.

Guilielmi
 morbus, post
 septimū gu-
 bernationis
 annum.
 Cabelafo-
 rum factio à
 pīce dicta,
 cui Guiliel-
 mus prēterat.

Guilielmus
 in custodia
 moritur, ef-
 ferturq. Va-
 lencenſis.







25. *Qui lielius Bauanis Qui tuis*

Adelbertus Bauariæ , Guilielmi
quinti frater.

Margarita,
ducis Brygæ
in Polonia.

MARGARITA, BRYGÆ de principe nata POLONO,
ALBERTI in thalamos prima vocata fuit.

Margarita,
Adolphi du-
cis Cluixæ.


CLIVIA successit vel eodem nomine coniunx,
Cœnobium, atqueurnam quæ sibi struxit HAGIS.


Eduxit in
Frisios.
Sex & qua-
draginta an-
nis fedit.
Auxit sacer-
dotiis facel-
lum aulæ, in
HagaComi-
cis , vbi post
sepultus.
Delphenses
obsessi , co-
rumq. muri
diruti.

Elle per infidam FRISIAM feliciter arma
Raptans , denicto sapiùs hoste redit.

Lustra nouem , seditque annum , donisque sacellum
fure sacerdoti quo duce crenit HAGIS.

GOTHIPHRÆDÆ V M domuit sua mœnia DELPHVM,
Aulai sacra nunc tumulatus humo.







26

Adelbertus Bauari ♂

Guilielmus Bauariæ sextus.

^a Guilielmus ^a Victor ab infestis E BVRONIBVS abstulit arma,
superauit
Leodienses.

^b Bis eduxit
in Gelos.

^c Guilielmus
patrij exer-
citus præfe-
ctus, necem
abaunculi
Guilielmi
Quarti vin-
dicaturus, cū
patre in Fri-
sian traiecit,
indeq; effos-
sum corpus
Valencænas
deportauit.
Principia hęc
victoria per
Delphenes
acquisita,
ideoque iis
Priuilegia
ciuica restitu-
ta, moeniaq;
restaurata.

^b Sensit ut cultricem GELRIA pressa manum.

Conseruit Juris FRISIÆ cum gentibus arma

(^c Nempe ab aunculus his poscitur inferiis.)

Vicit, & erexit DELPHORVM robore corpus,

In VALENCAENIS, patre iubente, locat.

^d LILIGERI soboles primo sociata cubili,

Protecarens, subita morte reliquit opes.

^e ALTERA BVRGVNDI claro stemmate coniunx,

Est semel ex thalami pignore facta parens.


^f Sic tredecim autumnis BATAVVM moderatus habenas,

Proxima cum patruo busta subibat humi.

^d Maria, Caroli Septimi Régis Franciæ.


^e Margarita, Philippi Burgundie.

^f Tredecim annis præfuit clatus Valencænis.



12.000.000

12.000.000







27

Quilielmi Bauariae Sextus

Ioannes Bauariæ, Guilielmi sexti frater.

*Vis tua, vel tua fraus, seu gens infida DORETHI,
Illicitas neptis sollicitauit opes.*

Cabelausorū
opera Ioan-
nes vius ad
occupandam
tyrānidem.
*Cum CABE AVSIACÆ subiecto robore partis,
Pupilla & vidua dos tibi prada fuit.*


*Scilicet, iniustis titulis noua iura petuntur.
An'ne LEODINV S sufficiebat honos?*

Elisabeth
Lucenbur-
gensis An-
tonij Ducus
Brabantiae
vidua, Ioan-
ni nupsit.
*ELISABETHÆIS exarsit ab ignibus HEROS,
Et sacra missa facit, nempe profanus erat.*

*Regnandi eogebat amor, vel auara libido,
Quæ BATAVVM dites inficiebat aquas.*

Sepultus Ha-
gis, sex annis
vñrpato a-
lienō titulo.
*Sed non lata diu fuit FORTVNA TYRANNO,
Vere senem sexto qua sepelinit HAGIS.*

Mortuo Guilielmō, Iacoba Bauariæ vñica sui patris hæres, omnibus eius ditionibus inaugurator. Cuius tutelam Ioannes Bauariæ, Guilielmi frater sibi vendicat, sperans hac via fenestram ad tyrannidem aperi posse. Quare abdicatis atque summo Pontifici relatis Leodiensi Episcopatus insignibus (quibus gerendis septem & viginti annis Electus fuerat) libertatem contrahendi matrimonij, non obstantibus affinitatis & subdiaconatus gradibus à sede A postolica imperat, tum Principatus Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ cum Dominio Frisiæ peruerso titulo à Cesare extorquet, reclamantibusque & renitentibus prouinciis, altero anno post sui fratris mortem, Dordraci & Brielis ad Mosæ ostium contra datam Iacobæ fidem expicitur, inauguratürque. Tantum negotij & damni ex his duabus vrbibus, assiduis credibus, incendiis, prædationibus, & piraticis dilectionibus, legitimæ Comitiæ faceſſens, vt his necessitatibus rebus inter se compofitis, non ſolūm prædictas vrbes cum aliis Dominiis in feudum ab ea receperit, ſed & reliquarum partium Hollandiæ & Zelandiæ Vicecomes factus, triennio toto, imperium partim ſuo, partim Iacobæ nomine ex æquo permiffus fit administrare, quo gradu iam confirmata tyrannde (eo quod ipsa diuersis conqubiiis distrahebatur) in posterum donec moritur, principatu finitè ſatis infertus, interruptaque & quaſi abolita ſuæ neptis auctoritate eius titulos vñrpauit.







28

Dns. Johannes Bauarig.

Iacoba Bauariæ.

a Gorcomiū,
Hollandiæ
opidum à
Guilielmo
Arelensi oc-
cupatū, duce
Valrauio
Brederodo,
factionis Ia-
cobæ præ-
fecto, expu-
gnatum.

b Prope
Brouvver-
hauen, tria
Anglorum
millia cæsa,
qua Dux
Clocestriæ,
ad ferendas
suppetias Ia-
cobæ, cū in-
struēta classe
miserat.

c Iacoba
Comitatum
Hollandiæ
Philippo,
Burgundiæ
Duci, ma-

Infelix mulier, quartò variata cubile,
Bis dico. thalami destituisse fidem.

a GORCOMI cinxi numeroſo milite portas,
Nec fruſtrā: viurix orbe potita fui.

Partibus oppoſui vires: b ter mille BRITANNI
Me propter gelida succubuere neci.

Me cōtra, hinc Patruus tulit, hinc Bonus arma PHILIPPVS:
In que vicem timui vincula, bella, minas.


c Ergo resignabam dotalia ſceptra PHILIPPO,
Si non ſponte, libens: cauſa maritus erat.

Mortua iungor auo, tantum duo lucta regebam,
Nunquam victa malis, d mortua iungor auo.

terteræ ſuæ filio, pro libertate quarti mariti, ab eo capti, tradit, poſtquam vno, à patris ſui morte, & nouem annis, poſt Ioannis Bauariæ patrii ſui tyranidem, per varios caſus interrupto imperio, Hollandiæ & Zelandiæ præfuiſſet.

d Sepulta in Haga Comitis.







29

Jacoba Bauaria

I

Philippus Burgundiæ, cognomen Bonus.

^a Caletum
obfessum.

^b Burgundiæ
Dux primus
fñxit Co-
mitia velle-
ris aurei.

^c David &
Philippus
eius frater,
Philippi
Burgundiæ
filii, Episco-
pi Ultrai-
stenses.

^d Lucēbur-
gum expu-
gnauit, Leo-
dienses sup-
pedit, ex-
pugnata e-
ueriāq. vrbe
Dinanti, sa-
ctionēisque
composuit
Hollando-
rum.

^e Sepultus
Digione in
Burgundia,
post 34 gu-
bernationis
annum.

Prima PHILIPPE subit sponsalia virgo MICHAEL,

Hinc BONA iuncta toro, post ISABELLA fuit.

Fædera cum GALLO, veteris dux immemor ira,

Icis: cum GANDA, BRUGA rebellis erat.

Ante CALETORVM stabant tentoria portum,

rrrita cùm retrò signa referre iubes.

^b Velleris aurati scribis statuīsque sodales:


^c TRAIECTENSE pedum gnatus ceterque geret.


^d Hinc LVCENBVRGIS, EBVRONIBVS inde subactis,

HAMATA occumbit factio tota domi.

Triginta quatuor BATAVVM in regione per annos

^c Regnas: defuncto stat DIGIONE rogas.







30 Philippus Burgund Cogn Bonus.

Carolus Bellicosus.

CAROLVS inuidia profugis, discedere terris
Cogor, & offensi linquere tecta patris.

Tres mihi connubij succedunt iure puellæ,

Vnam ANGLVS, geminas GALLIA pulchra tulit.

Ius Parlamenti, duce me, MECHLINIA cœpit:

Vrbem EBVRONVM, & opes depopulatus eram.

Adieci imperio GELROS, sacerúmque BRITANNVM
Restitui: decimus, laus & annus erat.

Felix TULLINGÆ victor ditionis haberer,

Si poteram HELVETIIS abstinuisse manum.

Sic neque sub dira NANCEÆ mœnia casus,

Hostili moriens intumularer humo.

Carolus in-
stituere Par-
lamenti Cu-
riam Mech-
liniæ cona-
tus est.

Leodium
expugnauit
& euerit.

Decimus
annus fuit
ultimo im-
perij.

Tullingos
vocat Lotha-
ringos, quos
Carolus de-
bellauit.

Carolus a-
pud Nanciū
trib⁹ vulne-
ribus cōflos-
sus, perit.











31


Carolanus Burgundianus


Maria Charlesia Maximiliani
Austrij Coniunx.

*Maximus amplexu MARIÆ AEMILIANVS amata,
Dotali BATAVVM possidet arua bono.
Semisopita diu capit utraque factio vires,
Qua patria & culta diripiuntur opes.
Ista supinanti (sequitur dum cursibus apres,
Venatur feram) lapsa necatur equo.
Fecerat hanc terno partu LVCINA parentem:
BRVGA dedit tumulum: sedit olympiade.*

Repullulat
huius tem-
poribus exi-
tiais factio
Hanatorū
& Cabelau-
siacrum à
Philippo
Boro pñē
extincta.

Sepulta Bru-
gis quinto
administra-
tions anno.







32

Maria Charlesia

Maximilianus Austrius.

Non ego sum terra BATAVV M legittimus heres,

Tutoris pueri functus honore tamen.

Præfuit tutoris loco duodecim annis.

Scilicet autumnos bis sex moderator agebam,

Dum tua crescendo nate iuventa venit.


Tunc ego ROMANI contentus munere sceptri,


Abdico qua BATAVV M iura PHILIPPVS init.

Vrbe NEOSTADI, gemino felix HYMENÆO,

Materno CÆSAR concipior tumulo.

Maria Char-
lesia, & Ma-
ria Blanchia,
Maximilia-
ni coniuges.
Maximilia-
nus obiit an-
no humanæ
salutis 1519.
sepultus in
opido Neu-
stat in Au-
stria.







33. Maximilianus austrius

Philippus Austrius secundus.

*Exieram nondum (prohibebat tempus) ephebis,
Hæredem dotis cùm facit esse parens.*

*Funxit ARAGONIO thalamus de stemmate natam
IANAM, qua sexta prole vocata parens.*

Quippe duos Reges, reginas quattuor, almo³

Ventre tulit, quorum CÆSAR & unus erat.

Ter quatuor rex BATAVOS, VALACROSQ. per annos,

Præterea HESPERIÆ Rex generosus eram.

Sed breue fatales regnum imidere puellæ,


Bustaque BVRGORVM non procul turbe fero.

Ioanna, filia
Ferdinandi
regis Hispanie, nupsit
Philippo.

Præfuit an-
nis duode-
cim.

Philippi in
Hispania
obitus.
Tumulatus
Granatae,
prope Bur-
gos.







34

Philipus ^{2^s Austrius}

Inuictiss. Carolus v. Austrius Augustus.


*Horrida denictis tremuit GERMANIA signis,
 GALLIA, TVRCA, ANGLVS, cœsit & vinctus A FER.
 HERCVLEAS ultra fixi mea signa columnas:
 Inclita quem nostri nominis acta latent?
 LVSITANA (tori pignus) mihi filia REGEM
 Edidit, HESPERIÆ qui modò sceptra gerit.
 Lustris octo COMES BATAVVM trieteride iuncta,
 Augurio fieres quando PHILIPPE fui.
 BÆTICA me sepelit, vastum mea fama per orbem
 AEternum vinit: GRANATA corpus habet.*


Isabella, E-
 manuelis
 regis Portu-
 galliae filia,
 Caroli vxor.


Anno 1549.
 tota Belgia
 inaugurator
 Philippus,
 Caroli filius.
 Itaque qua-
 draginta tri-
 bus annis
 Hollandiæ
 Comes fuit


Carolus: licet anno 1555. Philippo filio Belgiae administrationem denuò ac penitus tradiderit, redintegrato confir-
 matoque eodem inaugurationis sacramento.

Obiit Carolus anno humanæ salutis 1558. Sepultus Granatæ.











33 D. Carolus Quintus Augustus

D. Philippus Rex Catholicus.


*Hac ego (continua veniens de stirpe) PHILIPPVS
Sceptra gero, innumeris tradita nuper aus.*


*Me quater in thalami sociatum iura CVPIDO
Nexuit, & tedas quarta subiuit amans.*

*LVSITANA prior, fuit altera nata BRITANNI,
Tertia LILIGERI, CÆSARIS ulterior.*

*Auspice me, SOMONÆ ceciderunt mœnia patris,
TVRCORVMQ. phalanx funditus acta ruit.*

Philippus
tetraga-
mus.
Intelligit vr-
be D. Quin-
tini, ad So-
monam sita,
cladémque
memorabilē
Turcorum
ex pugna
cauali.








36 D. Philippus Rex Catholicus


Obitus.	Anni imperij.	Nomina.	Coniuges.	Sepulchra.
<i>Aº Dñi</i> 903. Pridie No- nas Octob.	40.	Didericus <i>A-</i> <i>quitaniae.</i>	Gena, Puppini mino- ris, regis Italiae.	Egmundæ.
988. Pridie No- nas Maij.	85.	Didericus <i>se-</i> <i>cundus Hol-</i> <i>landiae.</i>	Hyla, Ludouici Regis Franciae.	Egmundæ.
993. 16. Calend. Octob.	5.	Arnoldus <i>Hol-</i> <i>land. primus.</i>	Lutcharis, Theophanis Imperat. Byzantiæ.	Egmundæ.
1039.	46.	Theodoricus <i>Tertius.</i>	Withildis, Ottonis Saxon. 2. eius no- minis Imperat.	Egmundæ.
1048. Ipsius Idibus Maij.	9.	Theodoricus <i>Quartus.</i>	Cælibem duxit vi- tam.	Egmundæ.
1062.	14.	Florentius <i>Primus.</i>	Gertrudis, Heimi du- cis x. Saxonie.	Egmundæ.
1063. Nupsit Ro- berto.	1. Vi- dua.	Gertrudis Sa- xoniae.	Florentius <i>primus,</i> & Robertus, cognomento <i>Friso.</i>	Egmundæ.
Pulsus ditio- ne anno 1071.	8.	Robertus <i>Friso.</i>	Gertrudis, Heimi x.	Cassale.
1075. Quinto Cal. Martij.	4.	Gothiphrædus, cognomento <i>Gibbus.</i>		In Traiecto superiori.
1092. 15. Calend. Septemb.	17.	Theodoricus <i>Quintus.</i>	Withildis, Frederici Saxonie Ducis.	Egmundæ.
1123. Pridie No- nas Mart.	31.	Florentius Se- cundus, cognome- to <i>Pinguis.</i>	Petronella, Theodori- ci Saxonie.	Egmundæ.
1163. Ipsius Nonis Augusti.	40.	Theodoricus <i>Sextus.</i>	Sophia, Ottonis Pa- latini.	Egmundæ.
1190.	27.	Florentius <i>Tertius.</i>	Ada, Henrici Regis Scotorum.	Antiochiae.






<i>Obitus.</i>	<i>Anni Aº Dñi imperij.</i>	<i>Nomina.</i>	<i>Coniuges.</i>	<i>Sepulchra.</i>
1203.	13.	Theodoricus <i>Septimus.</i>	Aleydis, <i>Theodorici Clinæ.</i>	Egmundæ.
1204.	1.	Ada.	Ludouicus, <i>Comes Loffensis.</i>	Metellobargi.
1223.	19.	Guilielmus pri- mus, <i>Theodor.</i> <i>septimi frater.</i>	Aleydis, <i>Otonis Gel- riae: &</i> Maria, <i>Ethmundi Ducis Lancastri.</i>	Rheniburgi.
1235.	12.	Florentius <i>Quartus.</i>	Machteldis, <i>Henrici Ducis Brabantæ.</i>	Rheniburgi.
1255. Quinto Cal. Februarij.	20.	Guilielmus se- cundus, <i>Roma- norum Rex.</i>	Elisabeth, <i>Ducis Brunsuicensis.</i>	Middelburgi.
1296. 5. Calend. Iulij.	41.	Florentius <i>Quintus.</i>	Beatrix, <i>Guidonis Dampetri Com. Fland.</i>	Rheniburgi.
1300. 4. Calend. Nouemb.	4.	Ioannes Pri- mus Hollan- diae.	Elisabeth, <i>Eduuardi primi, regis Angliae.</i>	Rheniburgi.
1305. Secundo Idus Septemb.	5.	Ioannes Han- noniae, <i>Guilielmi Roma- norū Regis ex forore nepos.</i>	Philippa, <i>Comitis Lutzenburgi.</i>	Valencænis.
1337. Septimo Idus Junij.	32.	Guilielmus ter- tius Hannoniae, cognomento <i>Bonus.</i>	Ioanna, <i>Caroli Vale- sii Comitis.</i>	Valencænis.
1346. Octavo Cal. Octobr.	9.	Guilielmus quartus Han- noniae.	Ioanna, <i>Ioannis Bra- bantæ.</i>	In cœnobio Flo- ri-campi, dicto Oudenclooster: inde Valencænis.

Obitus.	Anni imperiij.	Nomina.	Coniuges.	Sepulchra.
<i>Aº Dñi</i> Desit praesesse Holländiano	5.	Margarita, soror <i>Guilielmi IIII.</i>	Ludouicus <i>Cesar.</i>	<i>Valencenæis.</i>
1351. Ob p̄frenesim in custodiam datuſ anno	7.	Guilielmus v. <i>Bauariæ.</i>	Machteldis, Henrici <i>Ducis Lancastri.</i>	<i>Valencenæis.</i>
1358.	46.	Albertus Baua- riæ, Guilielmi quinti frater.	Margarita, <i>Ducis</i> <i>Brygæ in Polonia,</i> & Margarita, <i>Adolphi</i> <i>Ducis Cliviæ.</i>	Hagis.
1404. Octauo Cal. Februar.	13.	Guilielmus <i>Bauariæ sextus.</i>	Maria, <i>Caroli septimi</i> <i>Regis Franciæ,</i> & Margaris, <i>Philippi</i> <i>Burgundia.</i>	<i>Valencenæis.</i>
1417. Pridie Cal. Jun.	6.	Ioannes Baua- riæ <i>Electus Leo-</i> <i>dienſis.</i>	Elisabeth <i>Lucenbur-</i> <i>gensis,</i> <i>Antonij Bra-</i> <i>bantiae Ducis</i> vidua.	Hagis.
1424. Postrid. Non. Januar.	10.	Iacobus Baua- riæ.	1. Ioannes, <i>Delphinus</i> <i>Franciæ.</i> 2. Ioannes IIII. <i>Dux</i> <i>Brabantiae, conditor</i> <i>Academie Louaniens-</i> <i>is.</i> 3. Hunfredus, <i>Dux</i> <i>Clocestriæ.</i> 4. Franco à Borze- len, <i>comes ab Oo-</i> <i>steruan.</i>	Hagis.
Resigna- uit anno				
1433.				
1467. 17. Calend. Iulij.	34.	Philipus Bur- gundia, cogno- mento Bonus.	1. Michaëlia, <i>Caroli</i> <i>v I. Galliæ Regis.</i> 2. Bona, <i>Roberti Atre-</i> <i>batis, quam annales nostri</i> <i>vocant Laudam, Comitis</i> <i>Heū filiam.</i> 3. Isabella, <i>Ioannis</i> <i>Regis Portugalliae.</i>	Diviōne, in Burgundia.







Obitus.	Anni imperij.	Nomina.	Coniuges.	Sepulchra.
A° Dñi 1477. Ipis Nonis Januar.	10.	Carolus Belli- cosus.	1. Catharina, Caroli septimi Regis Gal- lie. 2. Isabella, Caroli Ducis Borbonij. 3. Margarita, Richar- di Ducis Eboraci.	Nancij.
1482. Sexto Cal. Aprilis.	5.	Maria Charle- sia.	Maximilianus Au- strius, Frederici ter- tij Imperatoris fil.	Brugis.
Resignauit Philippo fi- lio anno	12.	Maximilianus Austrius.	Maria Charlesia, & Maria Blanchia, Du- cis Mediolani filia.	Neostadi, in Austria.
1494.				
1506.	12.	Philippus Au- strius.	Ioanna Ferdinandi Regis Hispaniae.	Granatae, pro- pe Burgos.
Tradidit Philippo, qui inaugu- ratur anno	43.	Carolus Au- strius impera- tor.	Isabella, Emanuelis Regis Portugal.	Granatae.
1549.		Philippus Ca- tholicus.	1. Maria, Ioannis Regis Portugal: 2. Maria Angliae Re- gina, Henrici 8. 3. Isabella, Henrici 2. Regis Galliae. 4. Anna, Maximilia- ni Imperatoris.	


A P O S T R O P H E
A D P R I N C I P E S
H O L L A N D I A E.


MAgnumimi Heroës, ego tyrocinia miles
Auspiciis vestris edita pono libens.
Hæc patriæ, Ducib[us]que damus, Ciuitia donec
Bella strepunt: canimus ciuitica bella tamen.
Otia sed desunt, quæ si sublata Maroni,
Nesciret silvas Roma virumque suum.
Iugera perdidérat vates, orditur ab agris;
Nos patriam; patriæ damna recenset amor.
Sed Batavis meliora Deus: Regionibus istis
Vrbes quas regitis frondea silua fuit.
Vnde loco vox est Holt-landia, lignea tellus
Dicta prius, quando nil nisi silua fuit.
Ergo delirant hanc qui duxisse tuentur
Nomen ab effreni cùm furiatur equo?
Quid? qui coniuncti, ubi concava terra paludi
Innatat, Hollandæ vocis habere sonum?
Affirmare ausim, Danorum incurribus, arma
Scandica de patriis verba tulisse focus.
Quando Hollandiacas contra qui visitur oras
Zelanda est alio nomine dictus ager.
Tanta fuit Getica producta potentia gentis,
Intra Helium & Fleum quæ popularuit opes.
Ausaq[ue] vastatis imponere nomina terris,
De patrio scripsit nomen utrumque solo.
Battus in hos campos odio seu lite nouerca
Fugerat, hic Batavis arualaresq[ue] dedit.

Barba-











Barbara nuper erat regio, si pulchrior illa
 Visitur orbe, licet barbara nuper erat?
 Nunc validis habitata viris, candore propinquos
 Vincit, & ingenij dexteritate viget.
 Prætereo omnigenas artes, artisque peritos
Quos alit, & celebri semper honore beat.
 Quaque libris testata virum doctrina refulget,
 Esse supernacum dinumerare puto.
 Inuidet Bataum decori cariosa vetustas,
 Obscurent vates, fama loquetur anus.
 Munditia mundum superat, prælata Batauis
 Virginibus, toto nulla oriente fuit.
 Fucus abest: Batauam quapropter dixerit aurem,
Qua leuibus vatum non patet apta iocis.
 Horrida Penelope veluti, Lucretia tristis,
 Duraque mens casti scribitur Hippolyti:
 Sic Batauos Annæ truces, Maro sicq; canebas
 Acrem Romanum, fortis vterque fuit.
 Sunt nemora & saltus auibus, pecoriique, ferisque,
 Piscosiq; amnes, flumineique lacus.
 Moribus humanis vulgus ciuale, sonantem
 Accolit Oceanum, Rheni habitatque vada.
Quis freta commemoret? quis conscientia stagna, paludes,
 Vrbis ab exitio nobilitata sua?
 Isela, cognata lugens miserabile fatum,
 Excipit Antiquis funera mixtus Aquis.
 Leckia, tum Vahalis, cum Linga, Merua frequentant
 Fertilis Hollandæ ingeræ pulchra sua.
 Hanc quoque limosi ditant lata ostia Mosa,
 Amstelæque, in cuius ludimus ista sinu.

* Genuinas
 pluimorum
 Batauię Prin-
 cipum iustae
 quantitatis
 icones, à di-
 ueris & ma-
 xime egre-
 gii pictori-
 bus Harlemi
 in porticu
 Carmelita-
 na ad exte-
 riorem tēpli
 parietē, qui
 Meridiem
 spestat, olim
 elaborat &
 adamussum
 depictas, in-
 curiosum ac
 rude seculū
 ad maiorem
 restauratæ
 porticus ele-
 gantiam (vt
 tum videba-
 tur) afferib⁹
 obduxerat,
 murosq. cō-
 tiguis tabu-
 lis ligneis
 vestierat, in
 quib. postea
 uno quasi fi-
 lo Comites
 omnes pro
 artificis libi-
 dine fastidi-
 tis prioribus,
 effingebātur.
 Demum his
 obsidij tem-
 pore per pre-
 fidarios di-
 uulsis, tabu-
 lisq. refixis,
 denudati pa-
 rietes vene-
 randæ anti-
 quiratis de-
 positū veros
 suorū Prin-
 cipū vultus,
 habitusq. ex
 parte muti-
 los posteris
 produnt in-
 dice Guilliel-
 mo Thybau-
 to ciue Har-
 lemensi, qui
 eosdem opti-
 mè fideliissi-
 meq. delineatos, æternitati restituit. ne, quod vrbis incendio
 pene euenerat, temporum iniuria post hac sint obnoxij.

Clasibus appulsus faciles, portusque capaces
 Pandit, in hos rerum quantum habet orbis agit.
 Piscibus, & salso puppes halece refertas,
 Immenso profert huc mare cuncta sinu.
 Non regio in terris tam parvo continet orbe
 Tot vicos, villas, oppida, castra, domos.
 Unde triginta muris quos circinat turbes
 Ut silcam (plures namque fuere prius).
 Plus quadringenti pagi, villa que superba
 Vrbium ad instar ornant, insula, & arua iacent.
 Caseus hic viridis premitur, fuluumq; butyrum,
 Ambo prius ninei mulctra liquoris erant.
 Hic latæ segetes, armentis lata redundant
 Pasca, tum pecoris stat grege plenus ager.
 Enumerare tuas qui vult Hollandia dotes,
 AEquoreos pisces censeat, astra poli:
 Quot pluviae guttas, quot nutrit gramina campus,
 Poma quot autumnus, ver geniale rosas.
 Distrahit has audiens varias mercator in oras,
 Cognita merx Batano nomine ubique valeat.
 Olim diues opum, Comitum dum regna manebant;
 Nunc deserta iacent arua, per arma iacent.
 Felices Domini, queis paruit aurea tellus,
 Of Francisiadum, Liligerumq; genus
 Vos venerans noua sacra fero, iuuat ora tueri,
 Et genuina iuuat cernere membra virum.
 * Quas reperit Thybaut obsessa ex turbe figuras
 Ardentis patriæ dat superesse rogis.
 Tros Anchisiades humeris vexisse parentem
 Dicitur, è flammis sustulit iste Duces.
 Sustulit





Sustulit iste Duces: palmam Guilielmus in arte
 Pingendi egregie vitra magister habet.
 Eruta parietibus sacris noua signa refixit,
 Abdita quæ seclis pene duobus erant.
 Nominis, & fama monumentum insigne dicauit,
 Hinc decus à sera posteritate feret.
 Et docuit Comitum quotquot minitantia vibrant
 Arma, cruentata succubuisse neci.
 Artificem laus rara manet, sua facta per omnes
 Cognitæ sint populos gentis & ora procul.
 Vrbibus Hesperia Thybaut, & notus Eois,
 Suspicit huius item Baticus orbis opus:
 Bis senos Christi qua pinxit in æde sodales,
 Quæque fuit iusti vera figura viri.
 Molis, & artis opus miratur Granata, quamvis
 Viderat hos, forma sed breuiore, viros.
 Artis fama viget, miratur vitra Philippus,
 Et iubet effigiem pingere ille suam.
 Solus Alexandrum Cons pingebat Apelles,
 Regis ab hoc Thybaut picta figura fuit.
 Quæque dedit Batavum Delphis noua vitra Philippus
 Sunt Harlemonicæ dona peracta manu.
 Hesperia & Regi placuit pictura, placebunt
 Icones ha Batavis Principibusq; suis.

Vidi, & probauit, 1577. 7. Sept.

Joh. Molanus, Censor.

1992.07.21 Jukong 2.000

100g dried fish

